

S. N.

Et Ego Laurentius, olim Didconis de Sandomiria, clericus coniugatus Cracouiensis diocesis, publicus Imperiali Auctoritate Notarius, dictarum apostolicarum literarum presentacioni, exhibicioni, citacionis petitioni et alys premissis unacum prenotatis testibus presens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi, sed alys magis arduis impeditus, per alium fideliter scribi et ingrossari feci, et de mandato prefati domini Archiepiscopi, et requisicione Proconsulis, Consulum, nomine tocius univertitatis opidi predicti, propter absenciam sui notary me manu propria subscribens, cum appensione sui sigilli, signo et nomine meis proprys in hanc formam publicam redegi et consignavi in testimonium omnium premissorum et protestor de illa diccione Septembris per me correctam.

Oryginał na wielkim arkuszu pergaminowym dobrze zachowany w archiwum miasta Lwowa nr. 46. Na pasku pergaminowym zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta, dobrze zachowana pieczęć owalna, przedstawiająca Najśw. Pannę z dzieciątkiem Jezus na ręku i klęczącym przed nią biskupem w infule, ornacie i z pastorałem. W otoku napis: *S. Iacobi + archiepiscopi* [znak] *haliciensis* [znak]. Na odwrotnej stronie pergaminu napis z 16. wieku podający treść dokumentu.

LXXI.

W Szczercu 4. Października 1399.

Władysław Jagiełło nadaje OO. Dominikanom lwowskim dwa dworzyska w Krotoszynie i Kościejowie z obowiązkiem odprawiania dwóch mszy każdego tygodnia za niego i zmarłą królowę Jadwigę po wszystkie czasy.

In Nomine Domini amen. Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Lithwanieque Princeps Suppremus et heres Russie etc. Ad perpetuam rei memoriam. Significamus, quibus expedit, universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: Quod benigna consideracione prehabita, ad sincere devocionis insignia et oracionum devotarum suffragia, quibus venerabilis Materna, vicarius universalis Russie, unacum conventu monastery Corporis Christi, in civitate nostra Lemburgensi ordinis fratrum predicatorum, devoti nostri dilecti, pro nostra salute necnon Serenissime Principis Domine Hedwigis felicis recordacionis olim Regine Polonie etc., consortis nostre carissime, ac predecessorum nostrorum animabus misericordiam Omnipotentis Dei non desinunt implorare, cupientes itaque, ut ydem Maternus vicarius cum conventu fratrum predicatorum predictorum divinis cultibus diligencius valeant inherere, quodque fabricam

seu ecclesiam Corporis Christi in civitate nostra Lemburgensi fundatam, ad cuius instaurationem et consummationem singularis zelo devocionis affectum gerimus specialem, possint operosius nostris suffulti munificencys instaurare, construere et, ut inchoaverunt, prosperante Altissimo consummare, prefatis vicario et conventui ipsorumque successoribus de nostre liberalitatis plenitudine duas curias, dworzisza vulgarifer dictas, nostras regales, unam in Grothoschino, in qua duo falconary nostri habitabant, et aliam in Coschzeyow ¹⁾, quam quidam servus noster inhabitabat, dedimus, contulimus danusque, conferimus et donamus donacione perpetua et irrevocabili, temporibus perpetuis affuturis, per ipsos vicarium et conventum ac eorum successores tenendas, habendas, utifruendas et perpetuo possidendas eo iure et dominio, quibus ipsas duas curias soli tenuimus, habuimus hactenus et possedimus pleno iure, iure tamen theutonico, quo predictae due ville Grothoschino et Coschzeyow gaudent et fruuntur, per eosdem vicarium et conventum perpetuo possidendas. Ut autem presentis donacionis nostre memoria plenior et evidencior in posterum habeatur, ydem vicarius cum conventu efficiant penitus et decernant, quod pro nostra salute et prefate domine Hedugis Regine anima ac votivis successoribus due misse in predicta ecclesia Corporis Christi, una singulis ferys quintis et alia diebus sabbatis, qualibet septimana cuiuslibet anni per fratrem seu fratres ordinis ipsorum continuo legantur, quamdiu videlicet vitam duxerimus in humanis, Nobis autem Domino permittente ab hac luce migrantibus, ydem frater seu fratres pari modo duas missas defunctorum in qualibet septimana legere perpetuo sint astricti. Si vero sollempnitas alicuius festi in aliqua septimana huiusmodi occurrerit, preter cuius celebritatem magnificam predictae due misse suppleri non potuerint, extunc in diebus feriatis alterius septimane sequentis predictae due misse nichilominus per fratrem seu fratres eosdem suppleantur integraliter et ad plenum. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum et datum in Sczirzecz ²⁾ sabbatho scilicet ipso die beati Francisci Confessoris (*4. Października*) Anno Domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo Nono. Presentibus Reverendo in Christo Patre Domino Iacobo Dei gracia Archiepiscopo Halicziensi, Cristino Castellano Sandomiriensi, Gnewossio Subcamerario Craconiensi, Sbigneo de Brzeze pro tunc Marschalco nostro, Iwano fratre Demytry et Manczine Woyewoda Lemburgensi et alys multis nostris fidelibus fidedignis. Per manus Reverendi in Christo patris domini Nicolai de Curow Episcopi Władislaviensis, sincere nobis dilecti.

Dominus Rex per se.

¹⁾ Krotoszyn i Kościejów, porównaj dok. nr. XXI. tomu drugiego.

²⁾ Szczerzec miasteczko w pow. lwowskim.